



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

20. De quodam, qui Augustæ Vindelicor[um] imaginem D. Virginis matris
violans, in furias actus interiit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

360 COLLATION. SACRAR.
vidit eandem imaginem vberimè lachry-
mantem, adèd vt religioso quodam viro la-
chrymas abstergente, nouè defluerent, & po-
storiale madefacerent. Pullatà ob facti mira-
culum omnes eo tempore campanè. Contigit
autem circa annum Domini 1527. Incipiebant
id temporis grassari diuersæ hæreses, quarum
occasione hodie vniuersum Belgium miserè
ac scèdè turbari videmus. Vltima est dacia
Cliuensis ciuitas istic loci Embrica, ditioribus
tumultuantibus contermina, quæ videtur
tunc precibus Deiparæ virginis obtinuisse, vt
sit turbarum & seditionum limes & pellulus,
ne procellæ turbarum in ipsam vel vltra illam
tam furioso impetu inundent, quâto in ipsam
Belgium etiamnum defæuire conspiciuntur.
Sic legimus olim D. Stephanū visum esse pro
ciuitate Metensi, *Gregar. Turc. lib. 2. ca. 6. hist. v.
Francor.* Oniam quoq; & Hieremiam pro po-
pulo Iudæorum intercedere, aliosq; complu-
res sanctos, vti videre est libro 4 huius operæ
cap. 22. & sequentibus.

*De quodam qui Augustæ Vindellicorum imaginem
virginis matris violans, in furias actus interijt*

CAP. XX

ANNO 1536. Senatus Augustæ Vindelico-
rum instigantibus nouæ doctrinæ perco-
nibus, vniuerso vrbe clero mandauit, vt ante
Solis occasum vrbe excederent. Eadem igi-
die circa horam vndecimam reuerendus
nobis

nobilis vir D. Philippus N. Decanus Ecclesiæ Cathedralis, templum idem cui præerat, ingreditur, visurus quid rerum in eo molirentur. Cumque altaria omnia illæsa videret, statuas quoque illæsas & inuiolatas vnum in locum congestas, tandem videt quendam D. virginis matris statuam pallio ceruleo coopertam, ac iuxta chorum ad parietem erectam, inuadere, & confringere conantem. Quem cum increpasset, illeq; alio se protiperet, mox furis Parthenomachus ille & æstro corripitur, interrogatusque quid sibi accidisset, hoc solum respondit: Mulier ceruleo pallio vestita, me insecta, manu me pupugit, ac tandem durante insana mentis impotentia & furore exinctus est. Hæc nobis retulit primarius quidam Principis Electoris Consiliarius, multis honoratis viris præsentibus.

Ex violata D. virginis genitricis imagine lac & sanguis profuxit. Iconomachus fluxum sistere non valens, seipsum submergit.

CAP. XXI.

IN Monasterio Montis S. Ruperti, vbi requiescit corpus S. Hildegardis, propè ciuitatem Bingam infra Moguntiam, contigit anno Domini 1302. quendam militem, animo sacrilego in templum irrepere. Cumq; apud altare quoddam imaginem virginis Deiparæ depictam videret, quæ in pectore quinque gemmis crystallinis decorata erat, prorepfit

Q ad